



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quomodo omnia Christus trahat ad seipsum?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-83011](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-83011)

sancta, &c. Per Christi autem fidem, qua morte eius, & resurrectione firmata est, per eius sanguinem, qui in remissionem fuit peccatorum, millia credentium a dominatu liberantur diaboli, Christi corpori copulantur, & sub tanto capite, vno eius spiritu, fidelia membra a vegetantur. Hoc vocat iudicium, hanc discretionem, hanc a suis redemptis diaboli expulsionem.

Eadem eius est sententia de agone Christiano c. i. siue illius, siue alterius est liber.

Equidem iudicium pro mundo esse, quod iam instabat, redemptio docuit, absolutoria igitur sententia fuit, sed tamen & damnatoria, quia princeps huius mundi electus est foras. Coniungi igitur Augustini & Chrysostomi sententia debet. Vt iudicium institui dicitur, quod disceptationem complectitur & vnius partis absolutionem, eorum si illicet, qui credant, aliorum damnationem, qui credere noluerunt. Qui omnes damnati censentur, cum princeps eorum vitiosus, electus est foras. Hoc est principatu priuatus, omni potentia exutus.

§. 2. Princeps huius mundi diabolus vocatur, non quod iure aliquo mundum regat, sed quod eius dolis homines irrecidi tanquam milites principem sequantur. Electus autem est inchoato Christi regno, in quo omnes eius potestate eximuntur, & quantum quidem ad Christum pertinet coerctus est, sed multi sponte se illius seruitio tradunt. Olim quidem multi iugum demonis excusserunt, non tamen aliis viribus, quam Christi venturi potentia. S. Augustinus eiji quotidie docet, etiam per exorcismos in Baptismo, l. i. de peccat. mor. & remis. Velle aliqui istum qui contraria faciunt, mihi baptizandem parvulum offerret. Quid in illo agit exorcismus meus? si in familia diaboli non tenetur?

Et l. 2. de peccat. orig. c. 40. Ipsa sancta ecclesia sacramenta sua indicant, paruos a parvirecentissimos, per gratiam Christi, de seruitio diaboli liberari.

Principatus igitur diaboli fractus est, & minus ac minus valet, non tamen omnino deficiet, donec dies ultimus adueniat.

§. 3. Confutatur illa victoria Christi, haretis fiduciariorum, qui negant ita victum ac electum demonem, vno quotidie pugnet ac vincat, hoc est, ad peccata pettrahat quos tentat, sed hoc interesse, quod peccata pijs suis non impurentur, sed liberi sint a iugo diaboli, vt cessi milles delinquant, non tamen peccatum nocent illis, quibus non imputetur. Quali ita ille victus sit, non ad tollendum peccatum, sed ad licentiam peccandi inducendam. Plura Ephes. 6. & Ioan. 14. & 16.

§. 4. Abusi olim sunt his verbis Carpocratiani, turpissimi hereticorum, vt probarent, demonem esse mundi creatorem ac dominum, vt habet Irenaeus l. 3. c. 24. Augustinus haeref. 46.

At non eo modo princeps est, sed quia fraude impios circumuenit ad suam illos voluntatem trahit donec in exitum pettrahat, planeque perdat, hoc enim eius regnum usurpatioe, non iure occupatum, vt Gregorius Nazianzen. oratione de calamitate docet. Hinc etiam factum vt ab impijs pro Deo coletetur, quod vitia, in qua precipites ruunt impij, non permitteter modo, sed etiam ex geret. Hisce laqueis tenebat humani generis precipuam partem. Nam id indicat apostolus 2. Tim. 2. Deus det illis poenitentiam, & respiciant a diaboli laqueis, a quo captiuus tenentur ad illius voluntatem. De miserabili hac seruitute, qua diaboli tyrannide premuntur, vide Hier. l. 2. in Epist. ad Gal. c. 3. August. n. l. 13. de Trinit. c. 12. D. Th. Cyrill. Alexand. in colle. Bernard. Epist. 19. de erroribus Absilardi. Seruitutem, & libertatem illam Apostolus Roman. 8. explicat. Et August. nus tractatu 52. Diabolum ait principem huius mundi appellatum, hoc est principem ac dominum malorum omnium, qui sunt in mundo. Et addit: Possidebat diabolus genus humanum, & reos suppliciorum tenebat chirographo peccatorum, dominabatur in cordibus infidelium.

Ad eundem modum exponit etiam Eusebius Emislenus hom. 11. de pascha. Nazianz. orat. 2. de pascha. Orig. in 15. Matthai.

Omnibus autem veteribus horrore fuit Caluinianorum sententia, qui reprobos ita traditos diabolo mentiantur, vt illi resistere non possint, sed cogantur necessario diuina potentia ordinante, & impellente peccare. Hoc enim in Borboritis, & Manichaeis damnauit Ecclesia, I-gelque ciuiles.

VERSVS 32. 33.

Et ego si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipsum. Hoc autem dicebat, significans qua morte esset moriturus.

QUESTIO I.

Quomodo omnia Christus trahat ad seipsum?

§. 1. Nota est hoc loco inter Graecos & Latinos lectionis varietas, libri Graeci habent *trahet*, Lectio vltima. Latini *omnia*, quasi scriptum esse: *trahet*. Augustinus admodum pro lectione latina defendenda laborat. Et sane in Graeca facile potuit error additione vnius litterae incidere, omnia certe efficacius est, non enim homines modo, sed omnem potentiam, & ius regni. Idque cum exaltatus fuero. Sy. um magis actionem in se se designat, *trahet* *trahet* *trahet*: na sua sponte sic exaltatus est. Hoc ergo significat non esse sibi mortem perimiscendam, nec ignominia crucis apostolos terri oportere, illo se praio omnia in suam potentiam esse redacturum. Loquitur autem more imperatoris, qui vicit: nam dici solet, victoris esse omnia. Sic Coloss. 1. 20. per sanguinem suam dicitur pacificasse omnia. Itaque non modo Augustinus, & Ambrosius in Psal. 118. Prosper, Leo, Rufinus, Beda, sed Theodorus etiam Mopsuestenus legit *omnia*, licet Chrysostomus, Theophylactus, & Graeci legant: *omnes*. Syrus masculinum genus habet, sed cum neutro illa lingua cateat, etiam pro neutro vsurpant. Porro quod addatur particula *&*, causalis videtur esse; si enim Christus omnia attrahat, diabolus spoliari necesse est.

§. 2. Irenaeus legem & prophetas intelligit, nam omnia ad Christum tendebant, & ille in cruce omnia adimpleuit. Sed *& legem*, inquit l. 4. c. 5. *padagogum nostrum in Iesum Christum dixit*. Non ergo quorundam infidelitatem legi ascribant: non enim prohibebat eos credere in filium Dei, sed adhortabatur dicens, non aliter saluari homines ab antiqua serpente plaga, nisi credant in eum, qui secundum similitudinem carnis peccati, in ligno martyri exaltatur a terra, & omnia trahit ad se, & viuificat mortuos.

Hanc Irenaei sententiam Augustinus l. 3. c. 2. contra Iulianum ad peccatum originale probandum adducit. Irenaeus Lugdunensis Episcopus, non longe a temporibus apostolorum fuit. Iste ait, non aliter saluari homines ab antiqua serpente plaga, nisi credant in eum, qui secundum similitudinem, &c. Itaq; illa Pelagianis auctoritatem opposuit.

§. 3. Occurrit autem in limine difficultas, quoniam tunc here se dicat, omnes, cum multo sit maior mundi pars quae non trahitur, aut vtrunque trahatur, non venit tamen. Iulianus questionem proponit, q. 39. Respondet, & clarius quaestione 29. At q. 29. re. in fine respondet, omnia in fine saeculi trahenda. Si ergo trahenda, hae, est prophetas implere, vt Irenaeus docuit, & l. 1. m. 13. trahenda.

principi

quomodo

capitulum

trahat

carpocratiani

Leo interpretatur, difficultas facile soluitur, quia tamen de hominibus se mo mouetur, qui seruitio diaboli exeant, & in regnum Christi, libertatemque vindicantur aliter explicanda verba videntur. Duplex hic est expositio. Primo omnia absolute & generalissime ad Christum trahi. Deinde omnia cum aliqua restrictioe. Qui nullam admittunt restrictionem; omnia sub imperium eius concedere dicunt, & hanc vim esse verborum Christi. Ita Paulus ait, omnia illi subiecta, vt nihil sit illi non subiectum. Quia autem humiliavit se vsque ad mortem, mortem autem crucis, propterea Deus exaltauit illum, &c. Et hac expositio scripturam nititur, & huic loco consentanea, est. Nam fructum victoriae praedicat, qui omnibus dominatur. Generatim alij accipiunt, & omnes trahi morte crucis, quantum quidem in Christo est: nam pro cunctis sufficientissimum lytron est persolutam, omnibus dedit potestatem filios Dei fieri, nec vlli negatur gratia, ita Soa ez nofter in opusculis.

Omnia sub imperio Christi.

Electi trahuntur efficaciter.

Omnia Christo subdita.

Qui restringunt particulam omnia ad certum genus, tres sententias efficiunt. Quidam omnes trahi dicunt praedestinos, non alios, quod ne impie dicatur, addendum est, omnes praedestinos, & solos trahi gratia efficace, & perseueranter. Alj omnia genera, vel partes trahi dicunt. Augustinus omnes partes hominis, quod exponit tract. 52. Chrysostomus ex omnibus hominibus, nationibus, Iudaeis, gentibus. ελλουσι, inquit, δε φησι, ατε εσοδ τυ εδινυ κατεχομενους, καυ αφ' εκουτων μων αυ δυναμεων προσελθεν, καυ τας εκεινυ χριστος ου δεσφουεν, ατε αντεχομενους. Traham vero, inquit, tanquam sub tyranno detentos, & per seipos solos adire non valentes, & manus eius effugere, vtpote repugnantis. S. Cyprianus in expositione symboli etiam ad mortuos refert.

§. 4. Ex hisce expositionibus mihi maxime illa placet, quae de potestate Christi, & imperio agit, atque adeo in fluxu in omnes, per quaecunque auxilia gratiamque, huic enim optime conungitur imperium. Vt sit sensus. Cum exaltatus fuero, merebor, & deinde potestatem in omnia quae in terra, & in caelo sunt, accipiam, vniuersam mundum sub me traham, omnia etiam dona per me conferentur, omnia iudicia exercebuntur. Ita vt nemo sit, mihi non subditus, nemo quicquam habeat, quod mea benignitate non acceperit. In Christo enim omnes sunt diuitiae. Improbis etiam gratiam offert sufficientem qua conuerti possent, & frequenter efficacem, vt quaedam peccata possint euitare, atque re ipsa vitent, quo contingit, vt ipsi quamuis damnandi sint, illius tamen culpa, quam accepta gratia fugerunt, poenas non luan. Quae circa multorum Ethnico. um, & impiorum Christianorum ciuiliiter honesta vita, & scelerum enormium serua detestatio de auxiliis gratiae crucis, manauit in multos.

Exaltatione supplicij summum significatur.

Respondit ei turba, Nos audiuimus ex lege, quia Christus manet in aeternum: & quomodo tu dicis. Oportet exaltari filium hominis? Quis est iste filius hominis?

QUESTIO I.

An Messiam manere in aeternum, & exaltari repugnet?

§. 1. Christum turba & blasphemus, violenter resutare se putat, & ex propriis verbis falli arguere. Messiam se professus est: addidit: Gloriam suam morte non obscurandam, sed more grani morientis regeneraturam, & omnia sub suam potestatem ventura.

Hic turba insurgit. Lex Messiam nobis pollicetur, qui maneat in aeternum, non igitur filius hominis, qui crucifigendus, potest esse Messias: quis est igitur filius hominis? nos eum ignoramus. Christus plura dixerat, & inter ea, se filium hominis nominarat: compendio enim disputationem Euangelista recenset.

Hic apparet, quam sit periculosa Sciolorum eruditio. Partem legis nouerant, regnum Christi scilicet aeternum fore. Plal. 109. 4. & 126. 2. Isa. 40. 6. Ezech. 37. 25. Daniel. 7. & 9. aliique locis innumeris. De morte Messiae non pauciora loca testantur, illa neglexerant, aut sane quamlibet calumniae occasionem aucupati, dissimulabant. Obseruandum autem est, non modo in lege & prophetis doceri, quod hac turba ignorat, Messiam oportere pati, & sic intrare in gloriam suam: verum etiam ita censuisse, & explicuisse illorum Rabbinos, vt appareat maleuolam omnino fuisse, & affectatam horum ignorantiam, de scribis & doctoribus loquor; nam vulgus hominum ea non intellexisse non est mirum, ipsi apostoli ad mortis mentionem haerabant. Malebant non mori dominum, quam a morte resurgere.

§. 2. Iudaeorum Rabbini de passione Messiae multa ante & post Christum scripserunt, vt appareat mysterium hoc ignoratum non fuisse. R. Hadarlan in Gen. 1. Deum aut lumen Messiae sub throno gloriae suae recondidisse. Dixit igitur Satan coram Deo. Domine mundi, hoc lumen sub throno gloriae tuae reconditum, cuius est? Respondit ei: Messias, & generationis eius. ait Satan coram eo. Domine mundi, permittite me, & aduersabor Messiae, & generationi eius. Dixit ei Deus; non posses contra eum. ait rursus coram eo Satan. Permittite me, & ego potero. Dixit ei Deus sanctus & benedictus. Si tu fueris Satan ita audis in hoc, ego destruam eum de mundo. Verum tamen nec vnam animam generationis illius destruam. Mox capit Deus sanctus & benedictus loqui cum Messia dixit ei. Messias in se meus, isti qui reconditi sunt apud te, eiusmodi erunt, vt futurum sit, vt peccata eorum inducant te in iugum grante oculi tui enim non videbunt lumen: & aures tuae audient opprobrium magnum, nasus tuus odorabitur fetorem & os tuum gustabit amaritudinem: adheretque lingua tua palato tuo: & haeret cutis tua ossibus tuis: & attenuabitur fortitudo tua a luctu, & gemitu. Estne ergo voluntas tua in eu: si enim tu super te ea susceperis, bene quidem eris. Sim autem: Ecce ego abigam ea ex nunc. Tum respondisse Messiam, se omnia in se suscipere.

Caput 52 & 53. quibus Isaias passionem Christi describit, etiam de Messia, eiusque dolibus exponunt in Sanae in Hebraei. Quamuis recentiores aliorum deatorqueant. Nam etiam Chaldaeus textus, qui apud Iudaeos magna est auctoritatis eos cofurat: discrete enim de Messia prophetam interpretatur. Quin in minoribus expositione Geneleos, c. 22. de lignis quae tulit Isaac, ita scri-